UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Metropolis Salisbvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

Visual Library

cia nonnulla collapſa reſtaurauit: ac ſeptimo functionis ſuæ anno in Abbatem Monaſterij Mettn electus eſt. an 1597.

PAVLVS *Klokher* ex Conuentu *Thierhaupten* in adminiſtratorem poſtulatus ſolus, ſine Conuentu, parciſſimus Oeconomus plurima debita exoluit, prædia hypothecata non pauca denuo recuperauit; ac tandem huc tranſmiſſo Conuentu ex *Eberſperg*, ac Infula ei impertita, in Abbatem confirmatus eſt; ſexto poſtmodum anno defunctus Chriſti 1601.

EVSTACHIVS *Sturm* ex Conuentu Monaſterij *VVeihenſtephan* propè *Friſingam* poſtulatur in Abbatem 20. Iunij, An. 1602. cuius præclara relicta monumenta, ac clariſſimi ingenij & iudicij dexteritas cuilibet, Monaſterium, & ei de nouo ibidem conſcriptam Chronicã inſpicienti obuia ſeſe offerunt, Præfuit Monaſterio noui quaſi fundatoris loco annis 17. Exactionum ſiue collectarũ per inferioris *Bauariæ* Prouinciam IV, vir. annis duodecim ac tandem præſes prudentiſſimus. Ob. Landishutæ cum magno plurimorum luctu & mærore 16. Aprilis an. 1619. Stewer-hen.

GEORGIVS Modernus Abbas; de quo nemo eſt, qui non optima quæque ſibi polliceatur.

## MARIAE ZELLA ORDINIS SANCTI BERNHARDI.

CONFIRMATIO huius fundationis Nicolai, Epiſcopi Ratisboñ. ita habet, quòd duobus Eremitis, Godofrido & Alberto, propter ipſorum deuotionem ac interceſſionem Rainmarij de Prennberg, nobilis viri, Epiſcopus conceſſit, in nemore quodam apud caſtrum Prennberg, in pede montis Schofloch, cellam & habitationem conſtruere & Oratorium ædificare, Anno 1324. In quo loco eſt hodie Abbatia S. Bernhardi, quæ Cella Mariæ vocatur, &c. Auentinus in ſuis Annalibus, lib. 7. fol. 790. ita ponit: In Boiaria aquilonari contermina Bohemiæ, in Hercinio ſaltu Schoflochij, proxime Prennburgium, Roimari arcis dynaſtæ conſenſu atque ope Mariæ Cellam auſpicatus eſt Gotfridus Puocher cum Gotfrido Strubingenſe, & Alberto à Stauff, Fridericus Auer perfecit: Monachi ab Altachio ſuperiori acciti, Nicolaus & Fridericus, Epiſcopi Ratisbonenſes, autores fiunt.

SVNT ibi ſepulti Nobiles Aueri de Prennberg, atque illorum Succeſſores, poſſeſſores illius caſtri de Nuſperg.

MODO nullos habet Monachos propter tenuitatem redditum, ſed vnum aut alterum ſecularem Sacerdotem tantum, eius adminiſtratio in ſecularibus ad dominos caſtri Prennberg ſpectat.

## ADDITIONES.

QVI Domini caſtri Prennberg à Centum annis multa & grauia Monaſterio damna intulerunt: ſed induſtria Abbatis Petri, & rei benè gerendæ ſtudio indefeſſo, anno 1615. decem Profeſſi ibi ſuſtentati fuerunt; cum prius ne vnus quidem haberet, vnde viueret.

NOS *Conradus* Præpoſitus, *Vdalricus* Decanus, Totumque Capitulũ Eccleſiæ *Ratiſponæ*, oĩbus præſentẽ paginã intuentib. publicè ꝓfitemur, quod nos de cõmuni conſenſu & vnanimi volũtate prædiũ noſtrũ ſoluens mediã librã Ratiſt denari: in *Schopfloch* ſitũ, quod *Rogerius* quondã dictus *Sprunch* à nobis & Eccleſia noſtra tanquam colonus tenuerit, cum agris, pratis, ſyluis, & aliis attinentiis,

culcis

cultis & incultis, quærẽdis & inquirendis, ad petitionẽ dilecti nobis ſtrenui militis *Reinmari* de *Prenpergg* ſtructuræ ſeu cellæ quam idem *Reinmarus Prenbergerius* in Schopffloch fundauit ipſamque ſtructuram ſiue cellam prænotato prædio dotauit. Donauimus & donamus titulo proprietatis perpetuo poſſidendum. Præfatus verò *Reinmarus Prennbergerius* è conuerſo modo permutationis, nobis & capitulo noſtro mediam libram Ratisbonenſis monetæ in omnem euentum de Heuba in *Dallehaupt* quam *Dietlinus* dictus *Viztumb* tenet vel tenuit, dedit & dat ſine qualibet contradictione ſuorum hæredum iure proprietatis perpetuo poſſidendam & percipiendam. In cuius rei teſtimonium præſentem ipſis dedimus litteram ſigillo noſtri Capituli munimine roboratam. Datum & actum *Ratiſponæ* Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo vigeſimo primo. Tertio Idus Martij.

NOS *Nicolaus* Dei gratia Eccleſiæ *Ratisbonenſis* Eps confitemur & conſtare volumus vniuerſis præſentes litteras inſpecturis. Quod nos inſpecta deuotione & ſalutari propoſito dilectorum *Gotfridi* dicti *Pucher*, quondam *Gotfridi* piſtoris de *Strubinga* filij, & *Alberti* filij, quondam *Henrici Tunzlingeri* in *Stauff*, qui diuino ſpiritu inflamati à mundanis ſe retrahere, & in vita ſollitaria ſoli Deo deinceps deſiderabant feruenti animo famulari. Ad eorum ſupplicationem humilem & deuotam, nec non interceſſionem dilecti fidelis noſtri *Reinmari* de *Prennberg*, eis conceſſimus, vt in nemore quodam, apud Caſtrum *Prennberg*, in loco quodam *Schopfloch* noſtræ Diœceſis Cellam & habitationem pro manſione ſua, & duorum vel trium aliorum poſſint conſtruere & oratorium ædificare pro Capellano tenendo & ad præſentationem eorum per nos inſtituẽdo ibidẽ, qui eiuſdem & familiæ ſuæ miſſam & alia diuina faciant, Regimen & curam animarum, quantum ad perſonas ibidem degentes duntaxat exerceat, & tam in vita quàm in morte Eccleſiaſtica eis ſacramenta miniſtret. Volumus autem, vt prædicti, nec non & hi, quos in fraternitatem ſuam aſſumendos decreuerint, ſub obedientia noſtra & profeſſione regulari ordinis & habitus S. *Benedicti* manere debeant. ſubiecti, Venerabili Abbati in *Obernaltach* ordinis eiuſdem, qui vita & moribus & conuerſatione ipſorum curam gerere debeat, ipſisque ſicut ſuperior ſuis præeſſe in cunctis, quæ vitam monaſticalem & regularem obſeruantiã attingunt, ſaluo eo, quod res ſuas mobiles & immobiles, quas nunc habent, vel largienti Domino, inpoſterum habituri ſunt. idem Abbas, ſuis, vel Eccleſiæ ſuæ proprietatibus. iuribus vel vſib. nequaquam applicare vel fratres ipſos præſentes vel futuros de loco ipſo auocare valebit abſq; noſtra licentia ſpeciali. Cæterum, ne ex hoc parochialis Eccleſia ſua iuſtitia defraudetur, volumus, vt de bonis & prædiis ſuis, quæ vel nunc habent, vel inpoſterum eos habere contigerit, etiam ſi propriis ea manibus excolant, Plebano loci, intra cuius Parochiã bona & Prædia Chriſtiana ſita fuerint. decimas exſoluere teneãtur: ipſe a. plebanus, quicunque fuerit, nihil amplius ab eis exigere poterit, nec in aliquo eos ſuæ ſubiicere poteſtati ſane, quia prædictus fidelis noſter *Reinmar* de *Prennberg* pro ſuæ & pro genitorum ſuorum animarum remedio, præfatum locum *Schopfloch*, cum ſyluis, pratis, paſcuis, cultis & incultis eidem loco adiacentibus & aliis iuribus & pertinentiis ſuis quę ſibi, hæredibus ſuis proprietatis titulo pertinebant, memoratis fratribus & ſucceſſoribus eorum contulit, & in ius perpetuæ proprietatis donauit & tradidit. Nos donationem huiusmodi approbamus, ac ipſis fratribus manere, & conſiſtere volumus perpetua roboris firmitate. Curiam quoque quam ipſi fratres de bonis ſuis propriam, ſitam auff der Oedt dictam *Gehai*, eidem loco contulerunt & donauerunt & tradiderunt, cum omnibus iu-

bus juribus & attinentiis ſuis, ipſi loco & fratribus præſentibus & futuris ex certa ſcientia confirmamus, & tàm locum ipſum quàm fratres cum bonis habitis & habendis in tuitionem & protectionem recipimus ſpiritualem. In quorum omnium & ſingulorum euidens teſtimonium roburque perpetuum præſentes literas memorato loco tradidimus, ſigillo noſtro, nec non antedicti fidelis noſtri *Reinmar* de *Prennberg* ſigilli munimine roboratas. Actum & Datum *Ratisbonæ*, Anno Domini M. CCC. XXIV. Calendas. Februarij.

NOS *Waltherus* Dei gratia *Thuronenſis* Eccleſiæ Epiſcopus, Vniuerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Nouerint vniuerſi, quod nos de licentiis & conſenſu Reuerendi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Nicolai* Venerabilis Epiſcopi *Ratiſponenſis*, qui nos in ſuffraganeum ſuum, matura deliberatione præhabita elegit: Conſecrauimus CELLAM BEATÆ VIRGINIS, IN SCHOPFLOCH, ad inſtantiam Domini *Reinmari* de *Prennberg*, & fratrum dictæ *Cellæ*. Inſuper omnibus dictam Eccleſiam frequentantibus in feſto Corporis Chriſti, & ſingulis feſtiuitatibus B. Virg. nec non in die Dedicationis dictæ Eccleſiæ, ſancti Michaelis, ac ſancti Benedicti, & omnium Sanctorum, atque per octauas dictarum ſolemnitatum, de omnipotentis Dei munificentia, & Beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, quadraginta dies criminalium, & octoginta venialium in Domino miſericorditer relaxamus. Datum & actum in *Schopfloch*. ANNO Domini 1325. pridie Nonas Auguſti.

## DE CREATIONE PRIORIS ET CONVENTVS.

*FRIDERICVS* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ *Ratiſponen.* Vniuerſis ac ſingulis Chriſti ac Chriſtian. Eccleſiæ orthodoxæ fidelibus, ad quos præſentes peruenerint, aut quorum intereſt, ac intereſſe poterit in futurum, ſalutem in Domino ſempiternam. Claret Pontificis ſyncera deuotio, & ſplendidis iradiatur operibus, cum ex ipſius officij potentia, monaſteria ſeu alia pia loca Deo dicantur de nouo eriguntur, reguntur, ac in melius reformantur, in quibus ſacra viget religio, ac Regi Regum, Domino Dominantium per Chriſti fideles aſſiduè militantes, quotidiè famulantur, ex quo Chriſti fideles ſibi futuris temporibus theſaurum inæſtimabilem, æterna remunerationis præmia & fruitionem beatitudinis conſequuntur. Cum ergò temporib. præteritis REINMARVS DE PRENNBERG, intuitu pietatis, & ob remedium animæ ſuæ *Cellæ* B. *Mariæ* ſituatæ in loco, qui vulgariter Schopfloch nuncupatur, tradidit & donauit pro perpetua hæremitica manſione, vnius ſacerdotis & trium & quatuor Conuerſorum, titulo perpetuæ proprietatis, Aream illam, in qua eſt ſita Cella prædicta, cum agris, agricultura, eidem areæ pertinentibus, pro vno arato ſufficientibus, communiter excolendis, nec non paſcua & ligna eidem areæ, & hominibus & habitatoribus eiuſdem Cellæ pro conuenienti & neceſſaria ſuſtentatione ſufficientibus quibuslibet perpetuis temporibus & futuris. Cui etiam Cellæ quidam Conuerſus eiuſdem loci *Gottfridus* nomine, ex poſtfacto donauit titulo prædicto, quandam Curiam dictam in GEHAY, ſoluentem ſingulis annis quatuor ſchaffas ſiliginis. & quatuor Schaffas venæ *Ra-*

*tiſponen.* Quam quidam Cellam pro vita hæremitica ordinata, vt prædici-
tur, & fundationem ad preces eorundem inchoatam, Reuerendus in Chri-
ſto Pater recolendæ memoriæ, Dominus *Nicolaus Ratiſponenſis* Eccleſiæ Epiſco-
pus prædeceſſor noſter, immediatus ſua auctoritate ordinaria confirma-
uit & de conſenſu Capituli cenſuit confirmandam, prout in eis literis
ſuper eo editis euidentius continetur. Cumque amplioris temporis
in progreſſu ſtremuus Vir FRIDERICVS AVER DE PRENNBERG
fidelis noſter dilectus & pio zelo ductus, cupiens diuini nominis ſerui-
tium ſiue cultum ſuo poſſe inceſſanter augere, Cellæ memoratæ, titulo
proprietatis prædictæ tradidit, & addendo titulo donationis donauerit,
poſſeſſiones & proprietates infrà ſcriptas, prout de jure ac facto hoc me-
lius facere potuit, pro ſe, & pro ſuis hæredibus vniuerſis, & poſſeſſionem
corporalem earundem proprietatum Cellæ præfatæ ac eius Priori & Con-
uentui ſolutam & liberam tradendo & omnimodè aſſignando. Quæ qui-
dem poſſeſſiones ſunt iſtę videlicet, :: Duæ Curię ſitæ in *Hardmarſcell,*
« quæ annuatim ſoluunt 24. Schaffas ſiliginis & 16. Schaffas venæ, & cæte-
« ra prædia maiora & minora, prout in originali continentur, :: petens
& noſtri officij debitum implorans cum fiducia humiliter & deuotè,
quatenus ad hoc vt diuini cultus exercitium in populo Chriſtiano ſalu-
« briter augeretur, noſtra auctoritate ordinaria ſæpè dictam Cellam
« *Schopfloch* dignaremur in Monaſterium monachorum S. BENEDICTI
« erigere PRIOREM prælatum in eo conſtituere & CONVENTVM
« ibidem creare, jura, honores & ſtatum Collegij, ſecundum priuilegia
« conſuetudinis & traditionis alterius Monaſterij & Regulę S. *Benedicti* con-
« ſtituere & conſtitutum auctoritate ordinaria approbare noſtris ac Capi-
« tuli noſtri literis roborare & perpetuò remanſurum DEO dicare, ſub ea
« videlicet forma, quòd Monaſterium Cellæ prædictum, nunc & in an-
« tea per vnum Priorem prælatum ibidem à Conuentu cuiuslibet Mo-
« naſterij eiuſdem creandum, ac nos & ſucceſſores noſtros *Ratiſponenſes* Epiſco-
« pos, quibuslibet futuris temporibus confirmandum, ad minus cum quinque
« Monachis Conuentualibus actu Sacerdotibus exiſtentibus illic continuò
« degentibus & DEO famulantibus, & non paucioribus perpetuò guberne-
tur. :: Et quod nunc Dominus Abbas *Altachæ ſuperioris* & ipſius ſucceſſores
vniuerſi in eodem Monaſterio *Cellæ*, eo jure ſeu poſſeſſionis commodo
vtantur pacificè & fruantur, vt ipſi immediatè poſt nos & ſucceſſores noſtros
*Ratiſponenſes* Epiſcopos, perenniter, & quibuslibet temporibus futuris, quan-
tum ſpectat ad obſeruantiam & traditionem obſeruantię Regulæ pręnotatæ
intendant & intendere debeant ſiue poſſint, reformationem, correctio-
nem, emendationem morum & vitæ, contra ſingulas perſonas Monaſterij ſæ-
pedicti conuenienter, quando & quantum hoc fuerit oportunum, juxta do-
ctrinam & tenorem Regulæ ſæpefatæ ſemper nobis & ſucceſſoribus noſtris, in
omnibus & per omnia noſtra auctoritate ordinaria, in dicto Monaſterio
& perſonis eiuſdem, tanquam capiti ſeu capitibus, inuiolatam, integram, ſalua
& illæſa manente, cui per pręmiſſa nolumus in aliquo derogari. Nos ergò
cupientes proni ad gratiam inueniri maximè ab his, qui eam tanquam eſſe
debitam ſtudent propriis meritis vendicare, attendentes itaque grata ſer-
uitia, quæ nobis & Eccleſiæ noſtræ præfatus FRIDERICVS AVER im-
pendit & adhuc impendere poterit gratiora Chriſtianis partibus inclinati,
ſuper

ſuper omnibus præmiſſis, deliberatione præhabita diligenti requiſito ſuper his & obtento totius noſtri Capituli *Ratiſponenſis* conſenſu, conſilio, beneplacito pariter & aſſenſu. De omnipotentis Dei gratia & Auctoritate noſtra ordinaria à ſupremo motore nobis tradita :: præfatam Cellam Beatæ *Mariæ* in *Schopfloch*, inuocata Spiritus ſancti gratia in Monaſterium Conuentuale cum omnibus honoribus, Iuribus & libertatibus, ex priuilegio & obſeruantia Ordinis ſancti *Benedicti* competentibus ac competere valentibus de iure vel facto, ordinamus, facimus conſtituimus, creamus, & creando erigimus & DEO dicamus, ſeu nos ipſum conſtituiſſe, creaſſe, & ordinaſſe ignoſcimus, ob honorem omnipotentis & Virginis glorioſæ perpetuo manſurum. ſub modo, forma & Regula, ac obſeruantiis ſupernis annotatis, & præſcriptas poſſeſſiones per Chriſti fideles dicto loco pietatis zelo huc vſque donatas & ſuperius expreſſas ac alias quaſcunque in poſterum eiſdem Priori & Conuentui, per quoſcunque fideles iuſto titulo donaturas ſeu collaturas eiuſdem Cellæ ſolita pietate noſtra auctoritate ordinaria, prout eis ritè & rationabiliter ſunt indultæ, traditæ & conceſſæ, ac inpoſterum indulgebuntur ſeu donabuntur, innouamus, confirmamus, approbamus, ratificamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus & roboratas eſſe oſtendimus. :: Dantes has litteras noſtri ſigillorum appenſione legitimè conſignatas in euidens teſtimonium ſuper eo. Datum *Ratiſponæ* Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo LI. Indictione III. feria ſecunda poſt Aſcenſionem Domini.

ANNO Domini Milleſimo Trecenteſimo vigeſimo quinto, pridie Nonas Auguſti, conſecrata eſt Eccleſia *Cellæ* Beatæ *Mariæ* Virginis in *Schopfloch*, à venerabili *VValthero* * *Seucienſi* Epiſcopo; ob reuerentiam ſanctæ * & Indiuiduæ Trinitatis, & præcipuè in honore ſanctiſſimæ & DEI genitricis MARIÆ, quæ eſt vera PATRONA huius Eccleſiæ, & erit dedicatio dictæ Eccleſiæ omni anno, ſequenti Dominica poſt *vincula* Beati *Petri* Apoſtoli. Notandum etiam, quod hæ ſunt reliquiæ contentæ in ſummo altari, videlicet de ſancta *Cruce*: de crinibus, de lacte, de peplo & veſte Beatæ *Mariæ* Virginis. Reliquiæ Apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, *Andreæ*, *Philippi*, *Iacobi*, ſanctorum Martyrum *Stephani* prothomartyris, *Laurentij*, *Eraſmi*, *Dioniſij* Epiſcoporum. *Emerami*, Epiſcopi, *Mauritii*. Reliquiæ Confeſſorum *Silueſtri* Papæ, *VVolffgangi* Epiſcopi, ſancti *Benedicti*, *Antonij*, *Egidij* Abbatis. Coſta ſancti *Nicolai* & ſanctæ *Eliſabethæ*, *Cæciliæ* Virginis. De oleo ſanctarum Virginum ſcilicet ſanctæ *Catharinæ* & *VValburgis*, quatuor Virginum de numero *vndecim millium* Virginum, de *Columna*, ad quam Dominus ligatus eſt. De tribus lapidibus Domini noſtri Ieſu Chriſtj ſcilicet Sepulchri, de lapide ſuper quem Dominus mortuus eſt, de lapide ſuper quem Dominus ſedit quadraginta diebus in deſerto, cum eſuriit &c.

Hæ ſunt Reliquiæ contentæ in dextro Altari, quod eſt conſecratum in honore ſancti *Michaelis* Archangeli omnium Angelorum, primò de oſſibus *Innocentium*, *Mauritij* Martyris, *Ioannis* & *Pauli*: de oleo Sancti *Nicolai*, *Hieronymi* presbyteris, *Antonij* Confeſſoris, *Magni* Confeſſoris, *Catharinæ*, *Margarethæ*, *Ceciliæ* Virginum: de oſſibus Sanctæ Elizabethæ: Trium Virginum in munere vndecim millium Virginum, quarum vna vocatur Chriſtina.

Hæ ſunt Reliquiæ contentæ in ſiniſtro altari, quod eſt conſecratum in honore *Eraſmi* Epiſcopi & Martyris; & præcipuè in honore omnium Sanctorum: primò reliquiæ S. *Mauritij* Mart. *Laurentij*, *Eraſmi* Epiſc. & Mart. *Terentij* Mart. *Wilibaldi* Epiſcop. *Iodoci* Confeſſoris: *Anthonij* Abbatis: *Walpurgæ* Virg. *Cunigundis* Virg. Reliquiæ *Elizabethæ*: *Ottiliæ* Virg. *Sabinæ* Virg. reliquiæ multarum Virg. de numero vndecim mil. Virg. & aliorum plurimorum ſanctorum Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, quorum aut quarum nomina non ſunt ſcripta, attamen benè probata, ſcilicet in his tribus altaribus.

## Sequuntur Indulgentiæ Eccleſiæ S. MARIÆ CELLÆ apud *Schopfloch*.

VNiuerſis præſentes literas inſpecturis, *Angelus* DEI & apoſtolicæ ſedis gratia, *Viterbienſis* & *Iuſtanenſis* Epiſcopus, ac ſummi Pontificis in Vrbe Vicarius: Et frater *Petrus* eadem gratia *Nazareth* & *Ieruſalem* Archiepiſcopus: & frater *Iacobus* eadem gratia *Modonenſis* Epiſcopus: & *Ioannes* eadem gratia *Reatinenſis* Epiſcopus: & frater *Matthæus* eadem gratia *Balneoregien.* Epiſcopus: & frater *Thomas* eadem gratia *Verdunenſis* Epiſcopus, ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam vt ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus ſiue bonum fuerit ſiue malum, opportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis; firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parcè ſeminant; parcè & metent, & qui ſeminant in benedictionibus, de benedictionibus & metent vitam æternam.

Cum ergò ex parte dilecti filij noſtri „ *Alberti*, Ordinis S. Benedicti, Diœ- „ cæſis *Ratiſponenſis*, Monaſterij de ſuperiori *Altachæ* „ nobis fuerit humiliter ſup- „ plicatum, vt omnibus venientibus ad Eccleſiam *Cellæ* S. *Mariæ* in *Schopfloch*, ſupradictæ Diocæſis, velimus indulgentiam exhibere. Nos verò de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui, vel quæ, dictam Eccleſiam viſitauerint, in ipſius feſtiuitatibus ac etiam ſolemnitatibus B. MARIÆ Virginis: *Natiuitatis* Domini, *Circumciſionis*, *Epiphaniæ*: *Reſurrectionis*, *Aſcenſionis*, *Pentecoſtes*, & *Trinitatis*, *Dedicationis* Eccleſiæ, ſanctæ *Crucis*, ſanctorum *Angelorum*, *Ioannis Baptiſtæ*, SS. Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & omnium Apoſtolorum & Euangeliſtarum, ac ſanct. Martyrum *Stephani* *Laurentij*, *Ypoliti*, *Emerami*, & ſanctorum *Hieronymi*, *Gregorij*, *Dionyſij*, aliorum Doctorum & ſanctorum Confeſſorum *Nicolai*, *Martini*, *Benedicti*, & *Leonhardi*: *Dominici* ordinis Prædicatorum: & beatarum *Mariæ Magdalenæ*, *Marthæ* *Luciæ*, & *Catharinæ*, *Agnetis*, *Agathæ*, *Scholaſticæ*, *Dorotheæ*, *Margarethæ* & *Eliſabethæ*: necnon in die animarum, & ſingulis diebus Dominicis, ac etiam qui corpus Chriſti, cum portatur infirmis, ſecuti fuerint, aut in ſerotina pulſatione campanæ, tria Aue Maria deuotè dixerint, vel qui ad fabricandum luminaria, ornamenta, & alia dictæ Eccleſiæ neceſſaria, manusque ei porrexerint adiutrices: & qui ad eundem locum

venien-

uenientibus *Cellam* B. *Mariæ* nominauerint, quilibet veſtrum quadraginta dies, de iniunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus; dummodo ad ea Diœceſanus eius præſtet aſſenſum. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras, noſtrorum ſigillorum fecimus appenſione muniri. Datæ *Romæ* in Palatiis noſtris. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſecundo. Indictione 16. temporis Domini *Ioannis* Papæ 22. Anno ſexto decimo, Idibus Aprilis.

## Indulgentiæ ſupraſcriptæ Confirmatio.

NOS *Nicolaus* Dei gratia Eccleſiæ *Ratiſponenſis* Epiſcopus, vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Ea quæ ad ſalutem animarum peruenire credimus libenter vbilibet promouemus. Cum igitur Reuerendi Patres & Domini, *Angelus Viterbienſis* & *Iuſtanenſis* Epiſcopus, ac ſummi Pontificis in ſpiritualibus Vicarius. *Petrus Nazareth* & *Ieruſalem* Archiepiſcopus, *Iacobus Modonenſis*, *Ioannes Reatinus*, *Mathæus Balneoregienſis* & *Thomas Verdunenſis* Epiſcopi omnibus verè pertinentibus, qui ad Eccleſiam *Cellæ* ſanctæ *Mariæ*, in ipſius Beatæ *Mariæ* Virginis ſolemnitatibus & multis aliis diebus, in ipſorum literis comprehenſis, cauſſa deuotionis accedunt, ſpirituales indulgencias conceſſerunt, dummodo ad id noſtra voluntas accederet & conſenſus. Nos piæ intentionis ducti propoſito, prædictas Indulgentias ratas habentes & gratas, ipſas auctoritate ordinaria, ſicut de iure poſſumus, coofirmamus, dantes præſentes litteras in teſtimonium ſuper eo. Datum in Caſtro noſtro *VVörth*, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo ſecundo. In Vigilia *Penthecoſtes*.

IN dem Namen der Heilligen vñ vngetailten Trifaltigkhait ſeeliglich/Amen. Ich Jacob/ich Caſpar vñ ich Oſwald die Awer zu Prennberg/ bekheñen für vns/vnſer Haußfrawen/all vnſer Erben vnd Nachkhoeñen/vnd thuen khundt offentlich mit dem Briff/allen den er fürkhombt/gegenwürtigen vnnd künfftigen/ als von ſolcher Gnad vnd Fürſichtigkeit vnd Stifftung/ die vnſer Vordern / vnnd Vattern ſee: Gedechtnus/vnd wir vormalen Gott dem Allmächtigen zue lob/vns/vnſer Vorvordern/ Nachkhomben/ vnd allen glaubigen Seelen zu troſt/ vnſer Stifft vnnd Grebnus/ zue vnſer lieben Frawen Zell genant/zween Schoffloch volbracht/daſelbſt für augen genomen/vnd alſo jnn vns zugeſetzt/ wo ſich das zeitlich Gut in das ewig verkhert/ vnnd verwandelt haben/vnd daſelbſt nicht allein jhren Seelen/ ſonder allen jhren Nachkhomben Seelen/ zue Hilff/vnd zu troſt gethan/ das mit veraintem Mueth gar bedächtlich/ in aignem willen/zeitigem Rath/zuuörderſt durch die lieb Gottes deß Allmächtigen/ zue ehren Maria der Jungfrawen/ſeiner lobeſamen Mutter/auch allen himmliſchen Heere/ angeſehen deß zergencklichen leben dieſer Welt/ ſonder auff die fürſorg deß khünfftigen ſo diß zu hailwertigkeit vnſer aller/ vnſer Vorfordern/vnnd Nachkhombenden Seelen/ auch aller glaubigen Seelen ſeeligkheit willen in mehrer Stifft gekhert/ gemehrt/ vnnd in dem Cloſter vorgemelt vnſer lieben Frawen Zell zum Schoffloch zu ewigen täglichen Meſſen daſelbſt zuhaben/ vnd zu vollbringen gebracht/ vnd geſtifft haben. Alſo ſtifften wir auch wiſſentlich vnd in Crafft diß Brieffs als wir wöllen / da dieſelb vnſer Stifft nun füranteglich vnd wochentlich vnd ewiglich ohn allen abgang vnnd vnderlaß außgericht/gehalten/ vollendet vnnd volbracht werde / jn maſſen vnnd Formb/ auch was vnſer Vorvordern ſee: Gedächtnus / vndd wir ehegenant drey Awer zu Premberg zu ſolcher Stifft gegeben/vñ gemacht haben/ hienach in dieſem Brieff zuuernen-

nemben / aigentlich geſchriben / alßdann vnſer Vorfordern ſeelig vormalen zue
der ehegemelten Stifft haben / von erſt / als vnſer lieber Vetter Herr Haintrich võ
Aw ſee: Chorherr zur Alten Capellen / zu Regenſpurg / 160. pfundt pfenning darzu ge-
geben hat / vnnd auch hat von deren Leuth hilff / die dabey gewohnt haben / alſo auffge-
nom̃en / vñ ſie an Gült / Gütern vnnd anders Aigen gebeſſert / dann an Getraidt mit
dem Hoffpaw wol gehabẽ mag / auff 70. Schaff allerlay Getraids mit ſambt dẽ Zehen-
ten / wo die vnuerlich ligendt / bey clein oder groß darzu gehörent / ſo hat es auch an
Pfenning Güllt auff neun vnnd dreiſſig Pfundt Regenſpurger Pfenning / vnd hat an
Wein dreizehen Fuders / auch hat es ſechs vnnd ſechzig Tagwerch Wißmadts / yeg-
lichs ehemehr / dann minder als ſich das alles in jhrem Salbuech aigentlich erfindet /
vmb dz vermainten vnſer Vorfordern ſee: Herr Friderich von Aw zu Prennberg Ritter
vnnd ich Jacob von Aw obgenannt mit ſambt andern vnſern Söhnen vnnd Vettern /
das ſich der Gottsdienſt daſelbſt auch auffnemmen vnd mehren ſolt / vnd das Priorat
Ambt / das vor daſelbſt geweſen iſt / nach lautt vnnd außweiſung der beſtätt Brieff /
die dann die Ehrwürdigen in Gott Vatter vnnd Herrn / Herr Biſchoff Niclas / vnnd
Biſchoff Friderich zu Regenſpurg ſee: Gedechtnus / darüber gegeben haben / in ein Abb-
tey verwandelt / vnd verkhert ſolt werden. Alſo das fürbas ein Abbt auff das minſt ſelbſt
ſiebendt Prieſter / in dem genanten Cloſter zu vnſer lieben Frawen Zell wonung haben
ſollen / vnd da alle Tag jr Gewonlich tagzeit ordenlich ſingẽ vnd leſen / vnd auch ordẽlich
daſelbſt lebẽ nach dẽ Ordẽ vñ leben des lieben S. Benedicten / vñ darauff Herr Friderich
võ Aw ſee: vnd ich Jacob võ Aw obgenãt einträchtiglich mit ſam̃t andern vnſern Frün-
dẽ / den Hochw: Fürſten / vnſern G. Herrn / Herrn Johanneſen Biſchoff zu Regenſpurg
ſäligen Diemütiglichen mit fleiſſiger Gebett erbetten / das er dieſelbig Abbtey Gott zue
lob vnd zue ehren / der hochgelobten Königin ſeiner lieben Mutter / vnſer Frawen Maria
der ewigen Maid zu ehren / vnd auch durch vnſer Dienſt willen beſtätten vnd vernewern
wolte / der ſich darumben gein vns genediglich bewiſen / angeſehen ſolch Dienſt / die wir vñ
vnſer Vorforder dem Stifft zu Regenſpurg gethan hetten / vnd auch noch wir / vñ vnſer
Nachkhom̃en hinfür thuen ſollen vnd wellen zebeſtettigen vnd verneuen die er auch beſtet-
tiget vnd verneuert / alſo / dz er jm vnd ſeinẽ Nachkhom̃en / allen Geiſtlichen Gewalt ganz
vnd gar / vber dz obgenant Gottshaus zue vnſer lieben Frawen Zell / nach jnnhaltung
ſeines Beſtättbrieffs behielt vnd behalten hat / der Gewalt vor jme Abbte zue Obernaltach
zuegehört / der ſich deſſelben / auch für ſich vnd all ſein Nachkhomben / gantz verzigen hat /
darwider wir vnſer Erben / vñ Nachkhomben / noch niemar anders võ vnſert wegẽ nichts
redẽ / noch demſelbẽ benantẽ vnſerm G. Herrn Biſchof Johannſen ſee: ſein Nachkhõben
noch dz Gottshauß zue vnſer liebẽ Frawen Zell daran nit engen noch jrren ſollen / wol-
len noch mügẽ / klain noch groß / in khainerley weiß / vñ darauf geloben vñ verſprechen wir
obgenant drey Awer / auch bedächtlich / einträchtiglich / vnd vnderwürfflich in krafft deß
Brieffs für vns / all vnſer Erben vñ Nachkhomben / mit guten willen / bei vnſer trewẽ / die-
ſelb / vnſer vñ vnſer Vorfordern Stifft zu benantẽ Gottshauß zu vnſer liebẽ Frawẽ Zell
zween Schöpffloch / mit d' Prelatur / alß es gewidmet / vñ auf ein Abbtey beſtät iſt / hinfür
ewiglich mit einẽ Prælatẽ vñ Abbte haltẽ / vnd zue kheinẽ andern ſtädt vnd weſen / nit an-
derſt verkeheren ſollẽ / wöllen noch mügen / in kheiner weiß / vnd wöllẽ auch daſſelb Gotts-
hauß / vnd einẽ yeglichen Abbte vnd Conuent / die jetzo ſeind / od' khönftig werden / vnd all jr
Nachkom̃en hinfür ewiglichẽ bey allẽ jren Brieffen / vrkhundẽ / Priuilegiẽ, altẽ Freiheitẽ /
beſtättügen vñ altẽ herkhomben / die ſie von allen Biſchofen / vnd vnſern Vorfordern er-
worben / vnd herbracht vñ jnnhaben / nichts darin beſondert / noch hindan geſetzt / krefftig-
lich ohn alles widerſprechen genzlich beleiben laſſen / auch dẽ Abte / ſeinẽ Gottshauß vnd
jren armẽ Leuten alſo mit d' beſcheiden vor ſein / ſie dabey handhabẽ / beſchützen vñ beſchir-
men mehr vnd ſouil als vnſer aingenhafft guet / nach allẽ vnſerm vermügen / in khainem
kranckh/

franckh/eintrag/noch khein vnbilliche beſchwerung od' jrrung nit thuen ſollen/ noch mügen/noch thuen laſſen wöllen/in khainer weiß/wie man die erdencken mag/vnuerlich/vnd als vnſer Vorfordern das benant Gottshauß nach noturfft bedacht vnd fürgeſehen haben/vō beſond' gūſt vnd Gutthat/ wegen mehrūg deß Gottsdienſt begriffen/ wir zu clarlich leutterung mit dieſem Brieff mehr notturfftiger ſach vnd wöllen gehabt haben/ dz wir jn füran ewiglich/wir vnſer Erben vnd Nachkhomben/noch khein vnſer Richter/Ambtman/ noch Scherg/noch khainer der vnſern/ auff deß benanten Gottshauß Güttern in vnſern Gerichten/oder wo die gelegen ſein/ weder vmb Gericht/ſcharwerch/noch keinerley handl/nichts zugepieten haben/ in keiner weiß/ ſond' oder zu deß benantē Gottshauß armen Leuthen/oder jhren Gütern ichtß zuſprechē hette/ od' gewinne/ der ſoll kom̃en für den Abbte deß benantē Gottshaus/ od' für ſeinē Richter/den er darzu ſetzt/ vnd ſoll dauor vmb ſeinē Spruch vnd forderūg recht erfordern/vnd nembē/ vmb all ſach in ſeinē Gottshauß/außgenom̃en die drey ſach/die den Tod antreffent/ behalten wir vns zu richtē doch ob ein Vbeltheter begriffen würde/mit dē mügē wir geferen als recht iſt/aber wz der haab vnd gutes auff deß benātē Gottshauß Gütter het od' ließ/ dz ſoll dem Gottshauß folgē vnd beleiben/ würd aber einer hinflüchtig von jrem Guett/ mit deſſelben Guett/ habē wir vnſer Richter/noch Ambtleuth auch nichts zehandlen/ deß alles vnd zeitliches beſonder ſo jr Brieff/Vhrkhund/Priuilegia,Freyheit/vnd alles herkhomben/ vnd alles das an den Brieff geſchriben ſteet/confirmirn,krefftigen vnd beſtätten wir mit guetē willem/ einträchtiglich mit crafft deß Brieffs dē obgenanten Gottshauß/dem Abbte/ vnd Conuent/ vnd allen jren Nachkhomben/vnd wz wir oder jemandts anders von vnſertwegen/wider dz alles mit jn kriegten oder rechten/ dz alles bekheñen wir jhn an aller ſtatt/ vnd vor allen Geiſtlichen od' Weltlichen Gerichten behabt vnd gewuñen/vnd vns gentzlich vnrecht vñ verlohren/ohn widerredt/auch ſo haben wir die ehegenant Stifft mit dem obgemeltē jren freyen ledigen aigen Güttern vnd Güliten/nach laut jhres Saalbuechs allein vns das Gericht/vnd die Vogtey obgemelt/vorbehalten/gemehrt/vnd zu ſiben ewigen Prieſtern mit ſambt dem Abbte gegeben/geſtifftet/vnd gewident als wir auch wöllen/ dz dieſelben vorgemelten eigen Stuckh/Gütter/vñ Gült nu fürbaß ewiglich vnd ohn allen abgang/ ohn vnſer/aller vnſer Erben vnd Nachkhom̃en/ auch ohn aller meniglichs von vnſeret wegen jrrung vnd hindernus bey der vorgemelten vnſer Stifft beleiben/ demſelben Abbte/ Conuent vnd allen jhren Nachkhomben/ des benanten Cloſters vnſer lieben Frawen Zell/järlich vnd vnuerzogentlich zue rechter Dienſtzeit gegeben/gedient/vnd gereicht ſollen werden zu jhrer behauſung vnuerlich/alſo das wir dieſelben Erb aigen ſtuck/ Güeter vnd Güllt/mit aller zugehörung/die freyes ledigs aigen ſein/ außgenomben dz Gericht/ vmb die drey ſach/vñ die Vogtey vorbenāt/auß vnſer/aller vnſer Erben vnd Nachkhōbē Gewallt/nutz vnd gewer zue der ehegenātē vnſer Stifft/ vnd in deß Abbts/ Conuents/ vnd in aller jrer Nachkhomben/Gewalt/nutz vnd gewer geſetzt haben/vnd verzeichen vns auch derſelben obgemelten Erbſtuckh Gütter vnd Güllt aller zugehörung/ an aller ſtatt gar vnd gentzlich wiſſentlich in crafft deß Brieffs/alſo das wir/khein vnſer Erben/ fründ vnd Nachkhomben noch änderſt niemandt von vnſerentwegen/ jetzo noch hinfüran ewiglich kheinerley nutz noch nieſſung gahr nichts darinn noch dauon haben/ gewarten/ begehren noch erfordern/ ſonder darnach noch darauff kheinen zuſpruch/ recht/ anſprach/ noch foderung nimmermehr haben/ noch nicht gewinnen ſollen/ noch mügen/ weder mit Geiſtlichen noch Weltlichen Rechten/noch ſonſt in kheiner weiß/ außgenomben dz Gericht die drey ſach vnd Vogtey vorberürt/ die wir auch nutz darauff haben ſollen/ vnnerlich in ſolcher Mainung/das der Abbte/ vnd daſelbſt das Conuent/ die ehegenanten Erb: vnd aigen ſtuckh Gütter vnd Güllt nu fürobas ſelbſt zuhaben/einnemben/ wechſen/ nutzen vnnd nieſſen/ ſtifften vnnd entſtifften/ vnnd allen jhren Nutz vnd frommen damit handlen vnd ſchicken ſollen vnnd mügen nach jhrer notturfft vnnd

fuegſamkheit vnuerthon vnd vnuerkhommert/ohn vnſer/all vnſer Erben vnd Nachkhōben/vnd meniglichs jrzung vnd einſprechen. Wär auch/ das jn die obgemelt Gült vnd foderung Jährlich zue rechter Zeit/vnnd in maß ſo vergriffen iſt/ nicht gereicht oder gedient/ſonder jn vber jhren willen verzogen wurden/alßdann zue ſtundt an haben die obgemelten der Abbte/ das Conuent oder jhr Anwalt/ deme es empfolen wird/ völlige Gewalt vnd guet recht/vmb jhr verſeſſen Gült auff den ehegemelten jren Gütern nach laut jhres Saalbuechs/darauff jhnen ſolch Gült verſeſſen wird/allenthalben zepfenden/mit Gericht oder ohn Gericht/ wie ſie verluſt/ in aller maß vnd rechten/ als wir ſelbſt wohl gethon hetten mögen/jhnen ſollen auch die Ambtleut auff denſelben Güttern aller ſach gehorſamb/gewertig vnd vnderthenig ſein/ als ſie vns vormalen vnd vnſern Vorfodern gethon haben/ ſonder die Gütter vnd Gründ alle zeit vnd allenthalben Peulich vnd weſentlich haben/ vnnd ohn wiſſen vnd willen deß Abbts/deß Conuents/aller jhrer Nachkhomben oder jhrer Ambtleuth von denſelben Gründen nichts ſchmölern/ khainen tailn/ verſetzen noch verkauffen in khainer weiß/ vnd ob ſie der ains oder männigs vberfüren/wie oder als offt ſie das begeb. So haben ſie vollen Gewalt vnd gut Recht/ dieſelben armen Leuth zueſtraffen/als ein jeder Herr ſeine arme Leuth vmb ſolch verhandlung geſtraffen vnd gethuen mag/das iſt auch vnſer güetlicher willen vnd ernſtliche mainung/ ohn vnſer/aller vnſer Erben vnd Nachkhommen jrzung vnnd widerſprechen/ ſich ſollen auch die ehegemelten/der Abbte/das Conuent vnd alle die Nachkhommen ſonnſt mit vnd in all andern dingen vnd geiſtlicher haltung/ordenlich/ Geiſtlich/vnd Prieſterlich ſo dē Erbern/fromben/ andächtigen Geiſtlichen Leuthen zugehört/ halten vnd allzeit leben nach dem Orden vnd Regel deß lieben Herrn Sant Benedicten/ſonder vnſer Stifft vnd Gottsdienſt nach vorgeſchribner mainung ſtäts fleiſſig ſein/ vnd ſich auch ſonſt an andern enndẽ/ weder ſingent noch Meß leſent nit verfahren/ damit der vorgemelt vnſer geſtiffter Gottsdienſt zue vnſer lieben Frawen Zell/ nicht abgang gewinne/ wär aber das ſich derſelben Prieſter einer oder mehr/ oder jhr Nachkomben alſo nit Prieſterlich ordenlich vnnd Geiſtlich hielten/alß dann fromb Geiſtlich Leuth pflichtig ſeyn zethuen/ vnſer/vnſer Vorfordern vnd Nachkhomben/der Stiffter in vorgeſchribner maß nicht fleiſſig darinn abläſſig oder ſeumig weren/ ſich wieder jhren Abte/ oder Obriſten ſetzen vnd dem wider ſein wolten/wie/ wann/ oder welcher Junger oder Alter der ains oder weniges vberfür/das wiſſentlich würde/ſo haben dann derſelb Abbte/ vnd ſein Oberſt den oder dieſelben/die ſolches vbertretten/zu ſtundt/ohn alle Gnad zuſtraffen/ vnd damit zuegefahren nach der Regel deß lieben Herrn Sant Benedicten ohn alles widerſprechen meniglicheſ vor derſelben wegen/ darzu wür obgenant Awer/ all vnſer Nachkhommen vnd ein jeder der Eltiſt der Vogt iſt/einem Abbt/oder wem das von ſeinetwegen beuolchen wird ſchützen vnd beſchirmen/vnd halten ſollen/jn wo in deß zu ſchwer wird. Es iſt auch zumercken das allweg der eltiſt deß Namens der Awer darzu vor alter/ oder ſonſt täuglich iſt/Voggt Herr ſein ſolle/in maß als der Stifftbrieff außweiſt/dieweil deß Namens iſt/wär aber daß das Geſchloß Prennberg verſetzt vnd verkhaufft würde/ſo ſolle dannoch die Vogtei bei dem namen pleiben/wer auch ſach das der Nam der Awer ganz abgieng/vnd nimmer ſoll ſein/das Gott lang vor ſey/ſo ſolle die Vogtei aber pleiben vnd vorbehalten/der das Geſchloß Prennberg dieſelben zeit ererbt vnd jnhatt/ vngeuerdt darwider ſich auch ein jeder Abbte/ der jetzo iſt/ oder hinfür könftig wirdt/das Conuent/ vnd all jhr Nachkhomben/ nicht ſezen ſollen/ noch ſich ſonſt in khainer weiß an khainen andern Schutz Herrn/ noch Vogt Herrn weder Geiſtlichen noch Weltlichen ſchlagen noch machen ſollen/noch wöllen/ noch ſich ſonſt niemandt mit nichte zu ſchutz vndergebē mügen dann vnder vns vnſer Erben vnd Nachkhomben/ allwegen vnd als offt es deß noth geſchicht/den Eltiſten Awer als ſie vns zuthun ſchuldig ſeyn/vnd als oben berürt iſt. Alles trewlich ongeuerdt. Mehr iſt vnſer mainung vnd wir wöllen auch/ das dem vorgemelten Abbte/ Conuent vnd vnſer Stifft zu vnſer lieben Frawen vnnd allen jhren

Nach-

Nachkhom̃en/nuhn fürbaß ewiglich die obgeſchriben Güllt järlich nach laut jres Saalbuechs/ in jhr Stifft vnnd Cloſter gen vnſer lieben Frawen Zell/darinn ſie wohnen gedient/ vnnd geraicht ſollen werden/ dieſelbe Güllt alle ſoll dann der Abbte oder ſein Anwaldt alle Jahr einnemben/ zue jhr aller vnd deß Gottshauß notturfft außgeben/ vnnd anlegen vnnd die Güllt alle gleich mit einander nieſſen/ ſie ſollen auch von ſolcher Güllt die benannt vnſer Stifft zu vnſer lieben Frawen Zell/ zue allem Gottsdienſt/ ſo darumb beſchehen mage/ nun füran auch ewiglich nach notturfft beleuchten/ alß dann zue ſolchem gebürt/ trewlich ohn geuer/ wir/ all vnſer Erben vnnd Nachkhomen Awer zu Prennberg ſollen vnnd wöllen der obgeſchriben jhr Erbe/ aigen ſtuck/ Gütter/ Güllt/ vnnd Stifftrechts Herrn/ Stiffter/ Schirmer vnnd Vogt ſeyn/ wo/ gehn wem/ vnnd als offt es noth beſchicht/ alles trewlich vnnd vngeuehrlich/ wann wir auch wöllen das ſolche vnſer obgemelte Stifft/ von vns/ vnſer Erben vnnd Nachkhomben noch von ander niemandt nicht gemindert/abgezogen noch geſchmelt/ ſonder gefürdert vnd geſchirmet werden ſoll/ als wie deß ſolcher vnſer Stifft als die rechten Stiffter zuthuen pflichtig ſein/ vnnd daß das allem von anfang vnzt zum Endt wie der gegenwertig vnſer Stiffbrieff allenthalben außweiſt/alſo ewig vnnd gantz ſtätt vnnd vnzerbrochen beleib/ deß alles zu einem ſtätten vhrkhunde der Warheit geben wir obgenant. Jacob/ Caſpar vnnd Oßwaldt die Awer zue Prennberg den Brieff beſigelt mit vnſer aller dreyer aigen anhangenden Inſigeln/ vnnd verbinden vnns darunder vnuerſchaidenlich zu einander mit vnſern Trewen an Aydesſtatt für vnns/ vnſer Haußfrawen all vnſer Erben vnnd Nachkhomben/ alles das war vnnd ſtätt zuehalten ſo hieuor an dem Brieff geſchriben ſteet/ der geben iſt am Mittwochen nach vnſer lieben Frawen Tag Natiuitatis, als man zehlt nach Chriſti Geburt/vierzehenhundert/ vnnd darnach im drey vnnd fünfftzigiſten Jahr.

## CATALOGVS Prælatorum Monaſterij S. MARIÆ Cellæ.

Locum hunc inhabitarunt Eremitæ, ab anno 1317. vſque ad ann. Dñi. 1351. quando erectus fuit in Prioratum.

*Priores.*

I. CONRADVS primus Prior, cœpit an. 135. ob. an. 1389.
II. IOANNES bonus pater famil. & ſedulus è vita migrauit an. 1396.
III. ERHARDVS canonicè electus an. 1396. denaſcitur an. 1407.
IV. LEONARDVS Erhardi ſucceſſor moritur an. 1425. vltimus in ordine Priorum. Conſilio enim & opera trium fratrum, IACOBI, CASPARI & OSWALDI Auuerorum de Prennberg Prioratus in Abbatiam mutatus fuit, an. Dñi, 1453.

*Abbates,*

I. CONRADVS Pläbel Wörtenſis primus Abbas ex Monaſterio Reichenbach poſtulatus an. 1426. moritur an. 1444.
Vacante ſede adminiſtrationem Monaſterij geſſit P. Ioannes Prior ab an. 1444. vſque ad an. 1453.
II. CASPAR Wilbrandt, Abbas cœpit an. 1453. ob. an. 1482.
III. THOMAS eligitur an. 1482. & affecta ætate diem obiit vltimum an. 1497. Quo tempore Barones de Stauff & Erenfels, in Prennberg & Sünching priuilegium Romæ impetrarunt, vt deinceps quilibet Abbas infula vtatur.
IV. IACOBVS primus infulatus præficitur anno 1497. migrauit è vita ann. 1505.

V. CY.

V. CYRIACVS, præfuit ab anno 1505. vſque ad an. 1517.

VI. VITVS electus an. 1517. propter certas cauſas & quorundam importunitatem, è Monaſterio clàm diſceſſit an. 1522.

P. Iohannes Staudenhöchtel Prior, Monaſterij Abbate & Conuentu deſtituti geſſit, vſque ad annum 1558. quo viuere deſiit. Damnorum quæ Monaſterium tunc, & pluribus annis ſubſequentibus perpeſſum fuit, auctores fuerunt Nuspergeri, qui paupertatem loci prætexentes tantam, quod neque Abbas nec Conuentus ſuſtentare poſſent, redditus Monaſterij ſuis vſibus applicuerunt.

Mortuo Ioanni Priori, ſubrogarunt Nuſpergeri & Raineri anno 1558. Balthaſarum Lauthenſchlager Laicum, hæreſi Lutherana infectum, qui Monaſterium Mariæ Cellæ, & Præfecturam Prennbergeñ. ſimul adminiſtrauit: quem in eodem munere exceperunt ſub iiſdem Dominis eiuſdem farinæ homines.

Leonhardus N.

Blaſius Has.

Balthaſer Lauttenſchlager.

Iohannes Sündt, amotus propter rem malè geſtam in ſumma paupertate miſerrimè obiit.

Georgius Kalmöder.

Cœpit tandem Monaſterio ſerenior ſpirare aura, & ſalubrior. cum anno 1582. præeunte legato Apoſtolico R. P. Feliciano Epiſcopo Scaleñ. & Ratisboneñ. Eccleſiæ Abbas VII. ad Generalis Vicarij Ratiſponeñ. D. Iacobi Mulleri inſtantiam per Abbatem Monaſterij Oberaltach, nominatus, & Ratiſponam miſſus, indeque Monaſterio Mariæ Celleñ. præfectus fuit an. 1582. qui reſignauit die 28. Aprilis, an. 1609.

Succeſſit PETRVS dictus Widmann de Caſtro Wörth, eo tempore Prior & Vicarius in monte B. Mariæ Virginis Pogen, & Conuentualis monaſterij Oberaltach, poſtulatus in Abbatem die 29. Aprilis, anno 1609. confirmatus & conſecratus Ratisbonæ die 13. Iunij eiuſdem anni.

## BEATAE MARIAE VIRGINIS MONACI COLLEGIVM CANONICORVM *Regularium.*

ALBERTVS Dux Bauariæ hoc Collegium magnis laboribus & impenſis fundauit, & duo Collegia Illmünſter, cum reliquiis D. Arſatij, & Schliers ex rure, ab dem Gew huc tranſtulit, ac vniuit, Anno 1499. cui translationi quidam Canonici, præſertim autem Sixtus Epiſcopus Friſingenſis, ordinarius vtriuſque loci vehementer ſe oppoſuerunt: Sed Dux hoc à Pontifice Maximo impetrauit, à quo & confirmatio facta eſt. Inſtituti ſunt ibi Præpoſitus, qui habet duas integras portiones duarum præbendarum. Item Decanus, qui tantundem habet, & 14. Canonici, inter quos & Decanus numeratur: Inter iſtos deberent eſſe quinque Doctores vel Licentiati, quinque Nobiles, & ex ciuibus, qui ſint honeſtæ familiæ, & inſignia nobilitatis habeant, quatuor. Collatio omnium iſtorum beneficiorum eſt penes Principes Bauariæ.

PRIMVS Præpoſitus ibi factus eſt Ioannes Neunhauſer, Decanus Ratisbonenſis, Cancellarius Alberti, Ducis Bauariæ, vir induſtrius, circa Annum 1500. erat ex Nobili familia Bauariæ, ſed naturalis tantùm, qui donauit huic officio Præpoſituræ eam domum, quæ adhuc Prępoſiturę dicitur, eamq́ue refecit, vnà cum horto ante Wurtzer Thor ſitam. Idem Diuæ Virgini dono dedit auream crucem precioſis lapidibus ornatam, precij 335. florenorum; inſtituit etiam ibi perpe-